12. Xbre. 1763.

Vir illustris, excellentissime, experientissime,
Domine gratiosissime!

riponda et ripéré 11 8e

Commisit mihi amicus quidam Medicinæ utriusque peritissimus, Dissertationem pro præmio acquirendo ab Academia Chirurgorum Parisiensium illustrissima haud ita diu exposito, cum petito, ut illam ad Te, Vir inclyte! per viam veredariorum publicorum, quam cito fieri possit, Lutetiam Parisiorum transmitterem, ac more solito Schedu-

lam acceptionis, vulgo Recepisse, a
Tuo favore insuper exspectarem.
Cum itaque officium amici inter alia
requirat, ut commissa, inprimis ma-
joris momenti, ea qua fieri potest
promtitudine expediantur; ægre
ne feras quæso, quod sparte mihi
demandatæ negotia exequi obstri-
ctus, voluntati autoris satisfacere
non neglexerim, Tuum favorem
humillime precans, accepta hac Dis-
sertatione, schedulam istam acce-
ptoriam cum gratiosissima indicati-
one termini publicandæ sententiæ
præsisi, ac relatione, insuper nostra
ex parte observandorum, mihi re-
mittas quamprimum occasio tempusque
Tibi concedet, est, quod omni qua

decet observantia etiam atque etiam
rogo. Vale interim, ac fave

Nominis Tui illustris, excellentissimi,
experientissimi,

Dabam Neostadii-
Eberswaldensis,
d. XII. Decembris
Ao: MDCCLXIII.

cultori humillimo
Macher,
Consuli ac Secretario ci-
vitatis hujus Meso-Mar-
chicae prope ac trans Bero-
linum sitae.